

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consciencia a  
cum uariis

Quid obest illi si de illa tabula eum humana uult delere ignorancia, si eundem de libro uiuencium nunquam propria deleat conscientia? Nam et si bonum quod de nobis dicitur in mente non inuenitur, magnam debet in nobis tristiciam generare. Et econtra, si malum quod de nobis dicitur in nobis non inuenitur, in magnam debemus leticiam prosilire.

Augustinus in quodam sermone.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

debet in nobis tristiciam] in nobis tristiciam debet C; quodam *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>